

TAUTOLOGIA QUARTA.

INEBRIEMUS EUM VINO.

Genes. 19. 32.

EXPOSITIO LITTERÆ.

Filiatum Lot proponitur & exponitur turpe colloquium, post Sodomæ confusa gratiõnem, & finitimarum civitatum. Colloquium fœminarum, colloquium dæmonum. Non fuit tunc, (vel matris conspectu ob levitatem supplicio, doctiori in capite alieno) *Filia melior filiâ*: ut optabat Ecclesiasticus, cap. 36. 23. Serò Phryges amp' extantur sapientiam, fœminæ numquàm.

Publ. Syr.

Mulier cum sola cogitat, mala cogitat.
Dixit Publius Syrus v. 15. Si satis una potest, si minus unâ, dux!
Mulieres duas petores esse, quam unam:

Plaut.

Astruit Plautus in *Curcul.* Act. 5. Scen. 1. v. 2. Proh dolor! Animos à crimine sumunt; *Omne masculum excipiet mulier*: asserit ubi supra Siracides. Non est malitia super malitiam mulieris. Quanta in uno facinore sunt crimina!

Fœminarum malitia summa.

Senec. Scelus scelere velant.

Idem.

Colloquebantur Phœdria & nutrix apud Senec. in *Hippolyt.* Act. 2. v. 715. & v. 821.
Quid sinat inausum fœminæ præcepit furor?
Instruat omnis arte fœminea dolus.

Plaut.

Et incomparabilis audacia.

Astipulatur Plautus in *Milit.* *Glorios.* Act. 3. Scen. 5. v. 54.
Neque quisquam tantâ audaciâ;
Qui æquè faciat confidenter, quam mulieres faciant.
Videris Platonem de *Legib.* lib. 2. Xenophontem in *Oeconom.* Tiraquell. in *Leg. 9. Connub.* à num. 158. Unde Tragicus ubi supr. v. 557.

Senec.

Per illas mala in orbem.

Fabula Myrrha unde originem duxit?

Dux malorum fœmina, & scelerum artifex
Obsedit animos; cuius incesse stupris
Fumant tot urbes, bella tot gentes gerunt;
Eversa ab imo regna tot populos premunt.
Quid in ebrios dormientes, si ita vel ipsæ dormientes, in vigiles? Quid poterunt dolis, si fascino delicias? Quid (aptius) delicias, si hominibus placent dolis? Habet ergo fabula ficta locum, dum quod de Myrrha fingitur, in filiabus Lot renuit oculos ut verum: siquidem vel audaciæ novum, quod fœmiellæ matris pellices, adulteræ patris, sorores natorum, & generices vocarentur fratrum.

Ovid.

Gentes tamen esse feruntur,
In quibus & nato genitrix, & nata parenti
Tungitur, & pietas geminato crescit amore?
Dira canam: procul bine nata, procul este parentes,
Aut mea si vestras mulcebunt carmina mentes,
Desit in hæc mihi parte fides, nec credite factum.
Hæc cecinit, qui finxit lib. 10. *Metam.* Fab. 9. Quid factum, dum propter inverâ naturæ iura incredibile fictum? Eodem ordine stuprum Myrrha fit, quo pactum à natis Lot. Narrat qui dudum ibid.

Idem.

Nacta gravem vino Cinyram malè sedula nutrix,
Nomine mentita veros exponit amores.
Ad facinus venit illa suum. Fugit aurea cælo
Luna: tegunt nigra latitantiæ sidera nubes,

Dixit

Tautolog. Quartæ.

Dixit & illa, Pater: scelere ne nomina desint.
Plena patris thalami excidit, & impia diro
Semina fert utero, conceptaque crimina portat.
Postera nox facinus geminat.

Quæ fabula, iam hilloria. Quis non avertetur præter dormientem, & vino gravem? Probat crimen ratio sopita, quoniam infectum, ni dormiret ratio. In scelera iuravit filix, lasciviâ plenæ. Vigiliis patre, propositum iudicatum impossibile; & dixerunt ad invicem, ut potirentur voto. *Inebriemus eum* (scilicet, patrem) *vino.*

2 Non in vanum cogitarunt: igitur *Omnia hominum peccata, & mentis expertis* (astruit Isidorus *Pelusiota lib. 1. Epist. 203.*) à vino, tanquam à fonte scaturiunt.

Quid mirum: Cuncta vitiorum seccarebit,
Cælestem ducens sine labe & crimine vitam
Vesano servans abstemia pectora vino,
Omniaque vitans malefandi pocula succi.

Succinit Paulinus Consulatur. in *Poem. Baptiste v. 67. Vitium ignobile* (ait Petrus Celenus lib. 3. *Epist. 10.*) & inter cetera vitia ignobilis, ebrietas. *Ubi enim sensus ebrii? Ubi reverentia in ebrio? Ubi dignitas? Immemor est præteriti, futuri ignarus, presentis nescius. Discretio confunditur, ratio hebetatur, sensus ligantur, mens ipsa sepelitur. Risus derisoribus exponit magis seipsum videns. Pes errat, labitur lingua, strepidat manus, labia tremunt caligat visus, quæritur surdescit. Ex hac viperea radice surgit, vel potius serpit, devastans totius religionis animæ vigorem, Luxuria. Hæc & alia dicuntur à SS. PP. Vide si lubet Augustin. Serm. 231. & 232. de *Temperant.* Ambrosium de *Elia & ieiun.* c. 16. Hieronym. in c. 5. ad *Galat.* Basilium, Homil. de *Ebrietate.* Chrysol. Homil. 58. in *Matth.* Imò à Profanis. Multa Plinius lib. 14. cap. 22. inter quæ interit: *Hinc pallor, & genæ pendula, oculorum ulcera, tremula manus effundentes plena vasa, & furiales sonni, & inquietas nocturna, præmiumque summum ebrietatis libido portentosa, & iucundum nefas.* Nemo dissentit à sententia, qua astruitur, non aquam esse Veneris matrem, sed uvam connaturalem genitricem. Idcirco Virgilius in *Epigram.* canit.*

Nec Veneris, nec tu Vini capiaris amore:
Uno namque modo vina, Venusque nocent,
Ut Venus enervat vires, sic copia vini,
Et tentat gressus, debilitatque pedes.
Multos cæcus amor cogit secreta fateri,
Arcanum demens detegit ebrietas.
Bellum sepe petit ferus exitiale Cupido,
Sepe manus itidem Bacchus ad arma vocat.
Denique cum mentes hominum furivarit uterque,
Et pudor & probitas, & metus omnis abest.

Haud aliter execrabile crimen adortæ sunt filix Lot: siquidem vino, muliebri ingenio; Patris ebrietas geminata libidine regnat.

3 Inebriatio in Sacris non semper pro temulentia accipitur; sed pro aliqua passione, proclivitate, geniove, maxime affectione, qua intellectus præpeditur in operationes rationales, & propria humanæ conditionis; vel qua desinit esse homo, cum sepelitur ratio, & secum sine se sit, quia rapitur affectibus extra se. Unde *Iratus iracundiâ Saul:* pro quo aliqui legunt: *Furens iracundiâ.* *Ebrius ira.* Geminatur ergo vox, ut appetitus dominatio, & vehementia turpis affectus in rationem exprimentur. Quod quidem innuit affabrè Plautus in *Afinar.* Act. 2. Scen. 4. v. 44.

Non hercle te provideram: quæ ne vitio vertas,
Ita iracundiâ obstitit oculis.
Obstitit oculis, igitur exuberantia protulit etiam per motus corporis ardentiam pectoris. *Ovid.* lib. 3. *Metam.* Fab. 8.

Aspicit hunc Pentheus oculis, quos ira tremendos
Fecerat.

Igitur ut aliqui autumant, ira dicitur, eò quod hominem faciat extra se ire: adeoque, ut astruat Horatius, ita hominem obcæcare, ut

Neque Noricus
Deterrat ensis, nec mare naufragum,
Nec seivus ignis, nec tremendo

Filia videtur per feminas facta Isidor.

Paulin.

Efficit ebrietas.

Pet. Celenus

Mater luxuria. Plin.

Quam naturam affinitas inter Venerem, & Bacchum.

Virgil.

Ebrietas pro alicuius affectu non verba mentis.

Plaut.

Ovid.

Ira facit iratum arripitium.

Horat.

Inpi.

Leo Symbolum simplacabili ira.

Ita lib. 1. Od. 16. v. 9. Ideo pro implacabili ira apud Aegyptios Hieroglyphicon (ut videri est apud Pier. Valerianum lib. 1. c. 9.) pingebatur Leo; quod quam apte constat ex Lucretio lib. 3. de Rer. natur. v. 299.

Lucret.

Redit ratio cum ira se datur furor.

Terent.

Inebriatio pro abundantia.

Plaut.

Idem.

Horat. & alij.

Et plenitudine.

Demosth.

Symmac.

1. Reg. 19. 21.

Quid ira, & iracundia?

Seneca.

Terent.

Iracundia excessus ira.

Zachar. 1. 2.

D. Thom.

Plaut.

Jupiter ipse ruens tumultu.

Quibus acria corda,

Iracundaque mens facile effervescebat in ira:

Quo genere in primis vis est violenta leonum,

Pectora qui fremitu rumpant plerumque gementes,

Nec capere irarum fluctus in pectore possunt.

Irâ quasi furorē brevis licet, extra se homines rapiuntur. Hinc Terentius in Adelphi. Act. 5. Scen. 3. v. 8. Tandem reprime iracundiam, & ad te redi.

Repressi, redij.

Confulesis Donatum hic & Dionys. Lambinum in Lucretium ubi dudum. Quapropter præter exprimitur affectio, ita intelligi oportet inebriatio, uti latè infra videbimus. Constat Zachar. 9. 5. ubi dicitur: Inebriabuntur quasi à vino. Et Itai. 29. 9. Inebriamini & non à vino: movemini, & non ab ebrietate: igitur plurimis affectibus sunt homines mentis inopes, quasi à vino crapulati.

4 Inebriatio multoties accipitur pro copia, & abundantia. Eccli. 32. 17. Benedicite Dominum, qui fecit te, & inebriantem te ab omnibus bonis suis. Psal. 35. 9. Inebriabuntur ab ubertate domus tua, & torrente voluptatis tue potabis eos. Quod signavit David Psal. 64. 12. dicens: Et campi tui replebuntur ubertate. In hac accipione Eccli. 24. 42. Inebriabo prati mei fructum. Et cap. 39. 28. Cataclysmus aridam inebriavit. Item. 31. 14. Inebriabo animas sacerdotum pinguedine. Prout materia est, ita intelligenda copia. Pro summa amaritudine, Thren. 3. 15. Inebriavit me absinthio. Pro sanguinis copia, Deuter. 32. 42. Inebriabo sagittas meas sanguine. Pro voluptate & nimio gaudio. Prov. 5. 19. Ubertas eius inebriant te, & in amore eius delectare ingiter. Pro acrioribus tormentis, Itai. 63. 6. Inebriabo eos in indignatione mea: quibus testimonijs claret propositum.

5 Non novum etiam apud Profanos, Plaut. in Captivis Act. 1. Scen. 1. v. 35. & in Casin. Act. 3. Scen. 6. v. 20.

Unde saturitate sepe ego exij ebrius.

Facite cenam mihi, ut ebria sit.

Id est, magnifica, opipara, regia, abundans, atque copiosa. Ideo adit illic: Cenam lepide, nitideque volo.

Horatius de Cleopatra lib. 1. Carm. Od. 27. v. 1. Fortunaque dulci ebria. Lucretius ubi supr. Eurus ebrios. Martial. lib. 14. Epigr. 154. Ebria lana sanguine. Petronius in Satyr. prope medium, Pisco tacet ebrius ostro. Etiam Rhetores huiusmodi metaphora usi. Demosthenes 1. Philipp. in patrem Alexandri declamavit: Rerum gestarum magnitudine ebrius. Symmachus Epist. 13. Non vobis videor multa luxuria ebrius? Quo sentu fortunatos, indignos munerum, vocamus ebrios. Vide Marcum Anton. Muretum lib. 5. Var. lection. cap. 16. & Adrian. Iunium libr. 3. Animad. cap. 6.

6 Hinc intelligitur illud: Iratus iracundiâ Saul. Aliqui differentiam assignant inter iratum, & iracundum, qualem inter ebrium & ebriosum, tamquam actum & habitum. Quo distet ira ab iracundiâ, apparet. Quo ebrius ab ebrioso, & timens à timido. Iratus potest non esse iracundus: Iracundus potest aliquando iratus non esse. Ita Seneca lib. 1. de Ira cap. 4. & Epist. 83. Donatus verò in Terent. Adelphi. Act. 5. Scen. 3. Ira (ait) de causa est, iracundiâ de moribus. Basilius Faber in Heeyr. Terent. Act. 3. Scen. 1. & Suetonius in Claudio cap. 38. Iram vocant ex causa, Iracundiam ex vitio. Vel Ira à causa levi, & Iracundiâ à gravi: igitur ut accinit Terentius loc. proximè citat. v. 27.

Qua maxime sunt interdum ira, iniurias

Faciunt: nam sepe est, quibus in rebus alius ne iratus quidem est,

Cùm de eadem causa est iracundus factus inimicissimus.

7 Non ita apud Hebræos: quippequam cùm superlativis careant, ut expriment ira magnitudinem, addunt verbi, vel nominis geminationem. Proinde Iratus iracundiâ; hoc est, ira amarissima. Ita etiam Zachar. 1. Iratus est Dominus iracundiâ: q. d. Maxime iratus. Unde D. Thom. 2. 2. q. 157. artic. 1. ad 3. Iracundiâ dicitur excessus iræ. Quo sensu Plautus in Curcul. Act. 4. Scen. 3. v. 1. ait:

Non ego nunc medioeri incedo iratus iracundiâ,

Sed capse illâ, qua excitationem facere condidici oppidis.

Et

Et Lucretius ubi supr. n. 3. signans iræ vehementiam: Iracundâ effervescebat in ira. De huiusmodi stylo egimus in Prolog. Galeat. §. 4. n. 5. Additur verbo nomen idem significans, ut per Epist. 2. sive combinationem fervor indicetur commota bilis. Quod enim multis auctoritatibus constat. 1. Reg. 20. In ira furoris: id est, maximo furore. Idem Deuter. 13. 17. & Psalm. 150. 40. Quæ omnia comprehenduntur Psalm. 77. 49. Misit in eos iram indignationis suæ, indignationem & iram & tribulationem, immisiones per Angelos malos. Quibus vocibus claret expressio gravissimæ indignationis. Ideo per adverbium haud fuisse huiusmodi testimonium exponenda, & tunc parent luce clariora, ut tepè vidimus. In ira furoris: nempe, furenter iratus. Iratus furorē: valde iratus. Iram indignationis: vehementer indignatus. Eccircò Septuagint. ad locum Zachar. legunt: Iratus est Dominus ira magna. Idem cap. 1. 15. & Ierem. 36. 8.

8 His igitur acceptionibus, argumento præfato Tautologiæ exponuntur affines. Scæpe in Scriptura pro eodem Zelus & Ira. Act. 5. 17. & 13. 45. Repleti sunt zelo: id est, indignatione. Zachar. 8. 2. Zelatus sum Sion zelo magno, & indignatione magna zelatus sum eam. Ira est appetitus sensitivus passio, sive affectio intendens in vindictam. Ita Seneca ubi supr. cap. 3. & iuxta Aristotelem 1. Rhetor. ad Theod. cap. 11. Cupiditas doloris reponendi. Unde cuiusmodi motus si redit ad rationem excellere (quod quidem) fit, dum punitur homo, & non in homine culpa, dum penas luit innocens, dum delinquentis premitur ultra condignum, vel extra legitimum ordinem, vel non propter debitum finem, contrahit rationem mali. Si verò appetitus sensitivus movetur contra vitia, & in vindicta non excedit, nec in modo, igitur cuncta decernit, & discernit ratio, ira tunc habet rationem boni, & huiusmodi motus dicitur zelus. Quo circa audiendus N. Gregorius Magnus lib. 9. Moral. in lob. cap. 30. Alia (inquit) est ira, quam impatientia excitat; alia quam zelus inquitia format. Illa ex vitio, hæc est virtute generatur. Si enim nulla ira ex virtute surgeret, divina animadversionis impetum Phineis per gladium non placisset. Hanc iram, quia Heli non habuit, movem contra se implacabiliter superne ultionis excitavit: nam quod contra subditorum vitia cepit, eò contra illum discrimine æterni Reitoris exarsit. Ira quippe per vitium oculum montis exacerbat, ira autem per zelum turbat. Ipse namque zelus rectitudinis, quia inquietudine mentem agitat, eius mox aciem obscurat, ut altiora in commotione non videat, quæ bene prius tranquilla cernebat; sed inde subtilius ad alta reducit, unde ad tempus, ne videat reverberatur: & unde mens turbatur ne videat, inde proficit, ut ad videndum verius clarescat. Sed cum per zelum animus movetur, curandum summopere est, ne hæc eadem, quæ in instrumento virtutis assumitur, menti ira dominetur, nec quasi domina precat, sed velet ancilla ad obsequium parata à rationis tergo nunquam recedat. Tunc enim robustius contra vitia erigitur, cum subdita rationi famulatur: nam quantumlibet ira ex zelo rectitudinis surgat, si immoderata mentem vicerit, rationi proxinuis servire contemnit, & tantò se impudentius dilatat, quantò impatientius vitium virtutem putat. Hæc latè transcribo, quoniam verè aurea, & testimoniorum tautologiarum expositioni maxime idonea.

9 Elias de deo dicit: Zelo zelatus sum. Id est, dolorem, vindictâ ad placitum legis, & secundum rectitudinem rationis, in Carmelo deposui: quandoquidem fuerunt pœnas, qui quæsi Domini prævaricati sunt vias. Zelus domus Dei & debiti cultus addictio, qui arripiebatur idolo, urebat dolore pectus; sed penâ prævaricantium requieverit animus: igitur sacrificulos cogens exhalare purpuream animam & impuram, in univerfo Israël iugulavit idololatram. Zelo zelatus sum: nempe, vehementer zelatus, vel nimis excaudum (nomen pro adverbio) enim, studiosè: ardentè causam Dei propugnavi, quia altaria veræ Religionis sacra, destructa; & ministrorum eadē & Israëlitarum turpi prævaricatione. Lyra hic inquit: Zelo zelatus, hoc est, ex toto corde zelatus. Quod Zachar. ubi supr. exprimitur cum intentione & magnitudine: Zelatus sum zelo magno. Et alquando verbo & nomine per Paillogiam, uti Iudith 9. 3. Zelaverunt zelum tuum. 1. Machab. 2. 54. Zelando zelum Dei: & v. 58. Elias dum zelat zelum legis, receptus est in caelum. Zelare zelum, id est, exactè, magnoperè, valde, nimis, vehementer.

10 Ni velis intelligere Zelo zelari pro applicatione summi supplicij, sine ullius intermissione pœnz. Unde Zelari sumitur sepe pro ulcisci: & Zelo zelari pro ultima ultione. Hinc Elias gloriam Dei zelatus, zelatus est zelo: quippe nulli pepererit, per apices iuris cuncta perfolvit, & ut par erat, omnes gladio trucidavit. Quo intelliges illud 2. Reg. 21. 2. non satis ab Interpretibus delicatum, de zelo Saul in Gabaonitas propter quatuor insignes Civitates Gabaon, Chaphiram, Beroth, & Cariathiarim (de quibus Iosue 9.) igitur Tom. II. Taut., Et

Lucret.

Paillogiam expressio per adverbium.

Zelus pro ira.

Quid irat Aristotel.

Unde dignoscenda?

Differentia zelus & ira.

Gregor. Magn.

1. Reg. 19. 10. 14.

Quid zelari zelo?

Zelus pro nimia ira.

Zelus pro supplicio extremè.

Et

tur ibi dicitur: Voluit Saul percutere eos zelo: id est magnam facere stragem, ita ut ex illis nec unus remaneret. Etiam apud Prophetas saepe iteratur: In igne zeli quali summa clade. Quod aperte constat Ezech. 5, 13, ubi Dominus: Gladium evaginabo, & complebo furorem meum. & requiescere faciam indignationem meam in eis & consolabor: & scient quia ego Dominus locutus sum in zelo meo. Congruunt verba definitioni irae, motu zeli zelantissimè Zelus & furor non pariet in die vindictae, nec acquiescet cuiusquam precibus, nec suscipiet pro redemptione dona. Prov. 6, 34. Zelo loqui, aut scribere, indicat animum amarulentum, acerbis & exacerbatum motum, sententiam irrevocabilem, trucem, & usque ad sanguinem. Exprimitur enim vividè peccus impulsus in vindictam, ubi motus externi explicant mentem indignationis felle usque ad sanguinem ebriam. Hinc Euripides in Medea, Act. 4.

Eurip.

Gravis ira nec consilium, nec rationem admittit. Expressit elegantissimè, Ovidius, lib. 3. Metam. Fabul. 7. Acrior admonitu est, irritaturque reventis, Et crescit rabies, moderaminaque ipsa nosebant. Spumens & fervens, & ab obice senior ibat.

Ovid.

Quanto acimine Medea, apud Senecam. Act. 3, v. 397. postquam rabie hæret, & stænavit nil facis cogitavit aptum vindictæ, nisi indignationem zeli.

Senec.

Si queris odio misera quem statuas modum, Imitare amorem.

Ingenium idem zeli & amoris.

Igitur zelus, sicut amoris ingenium, nullum novit habere modum. Pariter ergo honorem Dei zelatus est zelo Elias; quoniam nulli pepercit, nec locutus est comminatorie, sed stomacho pleno bile, zelo instigante pro Dei honore in cunctorum pleodoprophetarum cæde.

Rugitus pro ira magna.

11. Eodem enim sensu lucem accipiunt alia Tautologica testimonia. Leo, ut superior dixi, signatur symbolum iræ furentis. Etiam in Scriptura. Amos 3, 8. Apoc. 10, 3. Proet. 20, 2. Isai. 5, 29. & Ezech. 19, 7. Quapropter ut vividè exprimitur furens ira peccus, Leonis notatur rugitus; & geminatur eadem per epitalium vox; ut constet exaggeratione impulsus vehementis vis. Psalm. 37, 9. Rugiebam a gemitu cordis mei. Et sic alia. Iccirco Rugiens rugiet: idem erit, ac valde rugiet. Sic Hebr. Terribiliter rugiet, Syr. Horrendè rugiet. Tirin. Vehementer rugiet. Quod alio modo, scilicet gerundio verbi, vel infinitivo, vel eodem geminato alij exponere intendunt: Chald. Clamando clamavit. Mal'tenda. Rugiere rugiet. Et Amos 11, 10. Leo rugiet, quia ipse rugiet: ita punitur cor in similitudinem Leonis, cuius proprietatis rugitus, ut canit Ovidius de Philomela (ceteri rugitus trucibus alijs animalibus assignetur, uti utris Isai. 59, 11.)

Ierem. 37, 30.

Dum Lynce oreando fremunt, Ursus ferus uncat, Tigrides indomita rancant, rugiuntque Leones.

Ovid.

12. Accipi quoque potest hæc geminatio, præut certitudinem, atque firmitatem sententiæ late, vel meditate designat. Ita dicitur: Bibentes bibetis. Bibentes bibent. Nimirum, calicem indignationis proculdubio bibetis. Explicat Syr. Omniò bibendum est. Haud acerbitate calicis fellei fugietis: Bibentes bibetis: reventare non poteritis, quin bibatis: quod invitari non vultis, invide facietis. Ita Sanctus hic num. 59. Sic igitur astruit idem Vates in Idumæos. Ecce quibus non erat iudicium, ut biberent calicem, bibentes bibent: & tu (Idumæa) quasi innocens relinquens? Non eris innocens, sed bibens bibes. Exhauries nam calicem furoris; igitur bibes usque ad fundum & faces. Hoc, ni fallor, subintelligitur in voce geminata, quasi non simplex bibere, sed vel multum felle habiturum calicem, vel nullius futuram amaritudinis remissionem. Exemplis superfedeo, & quia cuique usquequæ obvia, & quia loc. cit. Prolog. exhibui plura.

Ierem. 25, 28.

Quid est bibere bibent? Ibid. 49, 22.

13. Hic ergo bibere fumendum pro acerbitate. Summa deliciarum designatur in potu, quippe & molestiam extinguit sitis urentis; & fit cum voluptate, quæ ferè emittit pretio laboris. Proin ubi in potu non est delictum, seu refrigerium, dicimus non potabilem potum: haudquaquam quia non potabilis, sed quia palato ingratus, vel non deliciosus, vel nocivus. Ideo calida dicuntur non potabilia, quia non deliciofa; plura medicamenta, quia ingrata; aqua maris, quia amaritudine & falgine acerba. Canit Sedulius lib. 1. de Christi miracul. v. 152.

Scilicet

Rursus in exustis sitiens exercitus arvis Qua nimum loca secca diu, qua terra negatis Ægra iacebat aquis, qua spes ablata bibendis, Versandique fuit,

Pa-

Pate: Numer. ubi: Aquam non habet ad bibendum: haud quia bibi non possit, sed quia ingrata erat acerbitate, & quasi nulla esset cum voluptuose, & ad sitim sedandam potari nequiret, uti dixerunt cap. seq. v. 5. Non sunt aquæ: nullo modo quia non erant: sed quia nocive, quod quidem expressit Moyses in quinta Mansionem Israël ad Mara, Exod. 15, 22, 23. Non inveniebant aquam: nec poterant bibere aquas, id quod essent amara. Cui expositioni suffragatur Syr. & Pers. lectio: Aqua non est ad bibendum. Idem, nequit bibi huius saporis aqua: igitur aqua quæ deliciofa, & gustui non acerba, dicitur aqua: Aquam quam bibant dicit Plautus in Cures. Act. 1. Scen. 3, v. 4. & Ovid. lib. 7. Met. Fab. 5. Plura dicemus hic. Tautol. 20. & 11. ubi esse in diversa materia eadem verborum forma. Claret modò quo sensu dixit Assertor N. Ioann. 6, 55. Caro mea verè cibus, & sanguis meus verè potus. Non quia non cibus & potus aia; sed quia ibi omnia vera delectamenta, & saporum delicia, & suavitas voluptatum. Non ita calix, porrectus à Domino per Prophetam: qui quidem uti calix indignationis, & minime gratus, non potabilis. Quare Dominus ad eum: Cùm noluerint accipere calicem de manu tua, ut bibant, dices ad eos: Hæc dicit Dominus exercituum, bibentes bibetis. Bibetis calicem iræ, quantumvis amarum, quantumvis acerbum: quippe peccatum sustinebitis, velitis noisici.

Num. 20, 8

Aqua non potabilis non est aqua.

Syr. & Pers

Plaut.

Cur Christi caro & sanguis verè cibus & potus?

Apobegmâ ebrj.

Tercat. Ingenium Æschylj.

Ierem. 36, 18.

Tertul.

Varia materia scriptura ni.

Ovid.

Usus chartæ à quo tempore?

Plin.

14. Zelus, ira & indignatio, quoniam in eis, licet brevis, inest aliquomodò furor, dicuntur mentem inebriare: præterea cum ebrj plura faciunt extra se (dixit meditantè plura, & non omnia, quia Cleostratus, ut refert Erasmi. lib. 5. Apophtheg. euidam exprobranti, & dicens: Non te pudet, ebrjum fieri, respondit: Non te pudet ebrjum movere?) & pro libito loquantur vini verbis: uti dixit Cremes, apud Terent. in Eunuch. Act. 4. Scen. 5, v. 1.

Data hercle verba mihi sunt: vici vinum quod bibi.

(A cuius infidijs immuni Æschylus, de quo Antonius in Melis. & Stobæus. Serm. 18. statunt: Ingeniosior dum scribit ebrj.) dicta & facta sequuntur humorem præ dominantem, & vini ethicæm suggestionem. Baruch. de se, verba Ieremias dictantis, dicebat: Ego scribam in volumine atramento. Quod superfluum non est: igitur qui furore, indignatione, aut alia quavis affectione aliquid decernit, dicitur stabilita scribere vino, uti dictum de Claudio & Vitellio: felle, qui rigidè, uti de Tiberio: sanguine, qui crudeliter, uti de Lycurgo. Hinc Tertullianus de Pudicitia, cap. 14. inquit: Epistolam non atramento, sed felle conscriptam, tumentem, indignantem, adignantem, comminantem. Olim diversis liquoribus & materijs scribebatur: & dicitur. Atramento, subdit Sanctus hic, quia alijs etiam modis, aut alijs etiam coloribus scribebant Antiqui: stylo nempe, in tabula, aut charta ceratâ, luteo, corticeibus, folijs, plumbo, ære, argento & auro. Apud Sinas papyro serica, apud Indos gossypia, aureis, viridibus, rubris vel multicoloribus characteribus iuxta qualitatem scribentium, vel momenta rerum scribeantur. Ut constet, quò non ars penetret, audi Ovidium de Arte, lib. 3.

Cum possit sole à chartas celare ligatas, Et vincio blandas sub pede ferre notas. Tota quoque est, falgisque oculos è lacte recentis Litteræ carbonis pulvere tange, leges. Fallet & humiduli quæ fit acimine lini, Et feret occultas pura tabella notas.

15. De usu papyri, vel chartæ quo humanitas vitæ constat & memoria: ita loquitur. Plinius, lib. 13. cap. 11. Hanc Alexandri Magni victoria repertam, Auctor est M. Varro. Antea non fuisse chartarum usum: in palmarum folijs primò scriptitatum; deinde quarumdam arborum libris. Postea publica monumenta plumbetis voluminibus, mox & privata linteis confici cepta, aut ceris. Pugillariam enim usum fuisse etiam ante Troianam tempora invenimus apud Homerum. Falsum est, tempore Alexandri usum cepisse chartarum (quæ homonymè dicuntur à Profanis AA. Biblos, Papyrus, Philyra, Ramentum, Tabula, Sebada, Cutis, Plagula, Corium, Statamen, Subtegenæ, Pagina, Folia, Yenia, Membrana, Pergama.) ni intelligatur exordium pro frequentiori usu. Contrarium constat ex Sacra pagina, ubi recollitur saepe varijs in locis quicquid necessarium est ad scribendum. Scripura in plumbo & silice. Job. 19, 24. patet: sicut super buxum. Itai. 38. super populum albam, quæ dicitur lignum. Ezech. 37, 16. Si scire cupis plura & ingeniosa, quibus parco, quippe licet propositio a fona, omnino non consona; consule Dalecampium in Plinio. Ranciorum Rer. memorab. part. 2. cap. 13. & Ludovic. de La-Zerd. ad illud Virgilij lib. 3. Æneid. v. 443.

In sanam vatem aspicias, que vixit sub ima

Ec 2

Fara

Virgil

Fata canit, folisque notas, & carmina mandat
Quacumque in folijs descripsit nomina virgo,
Digerit in numerum, atque antro feclufa relinquit.
Illa manent immota locis, neque ab ordine cedunt.

Quid est,
Scribere atramento

Quam ob rem fenfus fententie Baruch erit: Scribebam in volumine (foliorum fasciculo; philyrarum plantie, five bibli aquore) non incarnae, vel coloribus cute verba Prophetae: & scribebam atramento, non sanguine, rubrica, alijs vel alijs humoribus, formae characterum aptis; sed communis stylo, materiae & modo, quae omnia fuperavit Paulus dum ad Cor. 3. 3. Epift. 2. dixit: Epiftola estis Chrifti ministrata a nobis, & scripta non atramento, sed spiritu Dei vivi, non tabulis lapideis, sed in tabulis cordis carnalibus. Quo patet fcriptor, fcriptum, stylus, modus, atque materia fpecialis.

Prima expof

16 Aliter etiam Scribere atramento potiffimum exponere pro fimpliciter scribere: fiquidem Scribere plura fignificat, ut fcribere leges, milites, fignata, crucem: hoc est, dare leges, militiam profiteri, vel milites recentere, caftigare, morti aliquem devovere, & fic alia apud Profanos paffim. Quare Scribere atramento, nil aliud fignat, quam pingere, feu exarare elementis, quae Propheta loquebatur: igitur Scribere multoties fumitur pro defcribere, vel pingere. Ad Cor. ubi fupr. Epiftola fcripta: Alapide. In fcripta & fculpta. & Levit. 19. 28. Super mortuo non incidetis carnem veftram, neque figuras aliquas, aut fignata facietis vobis. Hebr. leg. Non fcripturam impreflam ponetis in vobis. Graec. Litteras impreflas non facietis vobis. de quo num. feq. Unde pictura vocatur nota, vel littera, quia Scribere utriusque defervi: Plinius lib. 25. cap. 10. de Nicomacho pictore. Scripsit (Dalecampius & Pintianus, Pinxit) & Apollinem & Dianam, Deumque matrem in leone fedentem. Et Aufonius Epift. 7. ut num. 27. late videbimus.

Pro fimpli-
citer fcribo-
re.
Secunda ex-
pofit.

Pictura, lit-
tera.

Aufon.

Agathyrfi a Virgilio, Bartholino, & Mantuano vocantur Picti, quia diverfis coloribus capillos, totiusque corporis cutem fcribebant; ut notat Ravif. Textor in Officin. lib. 7. cap. 48. Quapropter fic de litteris, pariformiter de picturis dicitur legi. Virgil. lib. 6. Aeneid. verf. 33.

Virgil.
Scribere pro
verberare,
vel vulnere
re.

Ita interpretatur La-Zerda: que etiam acceptione Tit. Livius lib. 8. Decad. 4. & Quintil. lib. 11. cap. 2. cum Martiale, lib. 2. Epigr. 29.

Prudent.

17 Non novum est tam apud Ethnicos, quam apud AA. Catholicos, Scribere virgis, verberibus, flagris, flammis &c. Prudentius in Perifteph. v. 960. de S. Eulalia:
Eulalia numerante notas,
Scriberis ecce mihi Domine.
Quam iuvat bos apices legere,
Qui tua Chrifto trophea notant!
Nomen & ipfa facrum loquitur
Purpura fanguinis elicit.

Idem.

Et ibid. Hymn. pro S. Cafiano;
Unde pugillares foliti percurrere ceras,
Scholare murrur adnotantes fcripferant,
Buxa crepant cerata genis impacta cruentis,
Rubeque ab icu curva tumens pagina.
Non potes irafci, quod fcribimus: ipse iubebas,
Numquam quietum dextra ut ferret stylum.
Pangere puncta libet, fultisque intexere fultos
Flexas catenis impedire virgulas.

Idem.

Denique Hymn. feq. pro S. Romano:
Caraxat ambas ungulis fcribentibus
Genas, cruentis & fecat faciem notis.

Pro Sculpi-
ti.

Etiam patet in Jeremia 17. 1. ubi: Peccatum Iudae fcriptum: id est punctis, vel stylo exlatum. Peccatum pro imagine idoli, ut diximus hic Tautolog. 1. num. 19. & fuper latitudinem cordis, hoc est fuper arcam laminae in cordibus fimilitudinem, quae ufque ad pectus pendebat a collo. Indicat Macrobb. lib. 1. Saturnal. cap. 6. & Prov. 3. 3. Defcribe in tabulis cordis id est, fculpe in lamina cordis. Ifa. 49. 16. Ecce in manibus meis defcripsit te: nimirum, in lapillo annuli calavi. De facto egimus loc. cit. nunc vero de modo.

28 Scripti, vel In fcripti olim dicebantur figmatici, qui frequenter nofcebantur nomine

mine litteratorum. Martial. lib. 8. Epigr. 75. & Plaut. in Caftin. Act. 2. Scen. 6. v. 49.
Quatuor in fcripti portabant vile cadaver.
Se hic litteratus me fignat.

Idest, notis fignatus, vel litteris in fcriptus. Apuleius, lib. 9. met. am. ait: Frontes litterati, & capillum feminae, & pedes annullati. Et lib. 11. Totam cutem depicti. Plinius, lib. 22. cap. 1. Barbarorum foeminae, mareque corpora fua in fcribunt. Quem morem recolunt, Caefar, lib. 5. Belli Galic. Victorius, cap. 3. lib. 19. Plutarch. de Tardit. div. vindict. & Valer. Max. lib. 6. cap. 8.

19 Scribere feros, & damnatos, olim ufum; traditum a Seneca de Benef. lib. 4. cap. 37. & 38. Cicer. lib. 1. Officio. Sueton. in Claud. cap. 27. Appian. Marcel. lib. 4. Lipt. Elect. lib. 2. cap. 15. Petr. G. or. Syntagn. 31. Pignorius de Servis, Caef. Rhodig. lib. 7. cap. 31. Scribon. Latz. cap. 231. Unde Servi figmatici. Valerius Maxim. lib. 9. cap. 13. in fit: Alexander Pherus ex epulis in cubiculum veniens, barbarum compunctum notis Tureticis ftricto gladio tubebat anteire. Plinius, lib. 18. cap. 3. Nunc eadem illa (opera fellicae ruralia) vincti pedes, damnata manus in fcripti vultus exercent, Ita Sueton. in Caio, cap. 27. Proinde Plato de Legib. lib. 8. Si quis (ait) fucilegium commiferit, in facie, manibusque in fcriptus & flagellatus extra fines patrios proijciatur. Saep K littera invrebatu frons, q. d. Cave a fugitivo, fure &c. de quo videris Caef. Rhodig. lib. 7. cit. & Alex. ab Alexandr. lib. 5. cap. 18. Quo fenfu Petronius in Satyric. Frontes utriusque (inquit) ingentibus litteris, & notum fugitivorum epigramma per totam faciem. Crebro iterat Marcialis, lib. 3. Epigr. 21. lib. 12. Epigr. 62. sed aptius, lib. 2. Epigr. 29. ubi.

Et numerofa linunt flellantem fplenia frontem;
Ignoras quid fit? Splenia tolle, leges.
Splenia, id est pannos bombycinos, quibus non propter ornatum & elegantiam, sed propter occultandas notas infcriptionis in fronte, litteratus caput perpoliebat & capillos. Unde ille Samiorum iocus, Nonimem litterariorem: apud Caefum ubi fupr. & apud Plautum, dum fervorum terga dicitur flagris commentaria, in quibus virga fcribebant: ideo feryus in Pseudol. Act. 1. Scen. 5. v. 131.

Quasi in libro cum fcribuntur calamo littera,
Stylis me totum ufque ulmeis confcribito.
Hincque fanguine fcribere, pro emanante de vulnere fanguine. Statius in Thebaid. lib. 9. v. 513. de equo vulnerato:

Arvaque fanguineo fcribit rutilantia gyro.
Sidonius Apollinaris in Panegy. Antem. Augull. v. 375.
Munus incanduit, glacies Alpina deletur,
Et bialcis arentium rimarum flexibus terra
Perfcribitur.

Denique Virgilius, lib. 1. Aeneid. v. 482.

—Versa palvis in fcribitur bafia.
20 Huiusmodi litterae, five infcriptiones diverfimode inurebantur. Plinius, lib. 23. cap. 1. Herbis quibusdam, dicit. Calius Rhodig. lib. 7. cap. 31. Caetero: sed ni fallor, postquam cadentis ferro nota cuti applicabantur, infundebatur atramentum, ut fuffatis colore diverfo imbutis, littere fana cute legerentur. Modò funt aqua ignita, vel regia, quibus liquefuit metalla, aut etiam lapide infernali, fi chemicis credimus. De quo Priciafius, lib. 3. Propertius, lib. 4. eleg. 7. & Luvenal. Satyr. 14. v. 22.

Lygdamus uratur, candefcat lamina verne.
Tunc felix quoties aliquis tortore vocato,
Uritur ardenti duo propter lintea ferro.

At lege cautum est, ne in facie Chriftianorum, ut pote chriftumate linita, huiusmodi litterae inferiberentur; fed dumtaxat manibus, furis, aut humeris: eò quod facies quae ad fimilitudinem, venustatemque coelestis est figurata, minime deturparetur. Ita ftatuit Conftantinus Magnus. Vide leg. Siquis in metallum C. de poenis. Plura huic propofito congerit Grefferus. Apolog. pro difcipulis, lib. 2. cap. 24. Memorabile atque, quod Ioann. Zonaras refert. Tom. 3. Annae. de duobus Monachis acrius reprehendentibus Theophilum Imp. propter irreverentiam in Sanctas imagines: Ab illo in fcriptos fuiffet, & quidem ita, ut duodecim verfum epigramma exciperent illa vultus, ut fit dicam, tabula.

21 Saep non caufa fervitoris, fed dilectionis (ut fignis indelebilibus praefertent in cute imaginem dilecti, repofiti in corde) figmaticibus fe ornabant Prifci, & carnem urebant, ut

Marti
Plaut.

Scripti olim
qui dicebantur

Servi nota-
re litteris,
noti.

Valer. Max.

Plin.

Plato.

Petroni.

Martial.

Quid Splenia?

Caef. Rhod.

Plaut.

Stati.

Sidon.

Virge

Plin.

Qua arte fie-
bat inuifio
litterarum?

Propert.

Iuven.

Notare Chri-
ftianos in fa-
cie, lege veti-
tum.

Memorabi-
lis in fcriptis
Zonara.

Ubi quando inscriptio in signum atque etc.
 ut per effigies, notas, vel hieroglyphica pateret quid cordi esset, vel cui dederetur cor. Propter formae venustatem & gratiam, quippe turpibus non nisi turpia placebant, apud Sinas communis mania deturpandi corporis formam, maxime otis; siquidem genas, mentum, palpebras, labia perforabant, ut annuli aurei e foraminibus penderent: tuncque sibi videbantur pulcherrimos, cum essent abominabiles; igitur tot cicatricibus, & fœdis vulgèribus, potius in facie relucebat effigies Cacodæmonis, quam imago Conditoris. Vide late describentem Ioann. Nieuhovium in *Legat. Batav.* p. ult. à cap. 3. Huiusmodi furor ferè omnes novi orbis regiones invasit. Consule Bilibaldum Stroobum in 12. partibus Indiarum Orientalis, & Hieronym. Bezonum in 12. part. Indiarum Occidentalis: in quarum iconibus potius dæmones videberis videre, quam homines.

Propter obsequium.
 22 Propter dilectionem vel obsequium inuri, patet ex Plutarch. libell. de *Discrimine Aululæ & Amicæ*, ubi ita loquitur. *Liliorum ac tympanorum impressas in corpus notas habebat Prolomæus.* Samij Navigium, Athenientes Nocturnam pingebant: ait Dalecamp. in *Plin. lib. 18. cap. 2.* Apud Babylonios Principes notas carnes fedare inolevit. Unde Abulensis ex sententia Rabbiorum in cap. 32. *Exod. v. 6. Solere* (inquit) *idololatrias accipere laminam auream* (cui non ferream, ex Avicenna colligit Cæd. Rhodig. lib. 7. cap. 31.) *inscriptam nomine idoli, & inflammatae apponere carni suæ, & sicque ibi manet profundè impressum nomen idoli.* Manassen & Eleacim in carne scriptis imagines idolorum, refert Petr. Comest. *Hist. Scholastic.* in 4. *Reg.* Nomen, vel notam Domini ferè servi oim inustam habebant, & frequentius hi, qui nomen militiæ dabant. *In cute punctis milites inscripti:* ait Flav. Vegetius de *Re militari* lib. 2. cap. 5. Unde intelliges illud Zachariæ 13. 6. *Quid sunt plaga iste in medio manuum tuarum? & dicit: His plagatus sum in domo eorum, qui dixerunt me.* Non *Quæ*, sed *Quid* significare? Videbis Godefrædum in *Veget.* ubi supra *Turnebam Adversar.* lib. 24. cap. 12. & Cuiacium in *Leg. Stigmata.* Hinc Itai, 44. 5. *Iste dicit, Domini ego sum: & ille vocabit in nomine Iacob, & hic scribet manu sua Domino, & in nomine Israël assimilabitur:* quasi in manu habiturus signa, cuius sit. Ita habebant se gestores Anti-Christi *Apocalips.* 13. 16. *& faciet omnes puillos & magnos, & divites & pauperes, & liberos & servos habere characterem in dextera manu sua; aut in frontibus suis.* Signari etiam servos Dei in fronte *ibid.* cap. 7. 3. & *Ezech.* 9. 4. dicitur. Alii qui scilicet arbitrantur illud Pauli ad *Galat.* 6. 17. *Stigmata Domini Iesu in corpore meo porto:* intelligi debere de notis igne impressis: sed perperam cum Apollolus loquatur de plagis, de verberum cicatricibus, seu de omnibus corporis laboribus pro nomine Salvatoris perpersis, uti hic optime observat Alapide.

Veget.
Zach.
Itai.
Apoc.
Gal.
 Ergo iam perspicuiori auctoritatis interpretationi. Sciendum tamen est leges olim vel sententias alicuius oraculi, aut folia que vocabant Sibyllina, non scribi, vel transcribi atramento, sepiâ, aut carbone de quo Nos, Deo bono aliqua dicemus. *Tom. 6. Tautolog.* 8. ad illud 1. *Eldr.* 4. 7. *Epistola scripta erat Syriacè, & legebatur sermone Syro.* Innuunt à Iuvenal. *Satyr.* 14. à 189.

Leges non scribentur atramento.
Juvenal.
Prudent.
 Hinc Cicero. 1. *Tuscul.* q. *Ad rubricas se transfert.* Suffragator Quintilianus, lib. 12. cap. 13. *Non tantum legum, sed & omnium qua scribebant, principia minio notata.* Casaubonus etiam ad illud Perlij: *Rubrica vetavit.* *Satyr.* 5. v. 90. inferit: *Qui titulos fiscales libris illinebant, nec tanto minio puro rubebant tituli, sed eorum etiam miniata.* Idem Cornutus *ib.* & Sidonius *Apoll.* lib. 7. *Epist.* 12.

Quid scribere notis.
 24 Sciendum est etiam discrimen esse inter *Scribere notis, & sermonibus scribere:* quippe secundum est sententiam de verbo ad verbum, prout prolatam in charta pingi characteribus, ita ut proclive mens dicantur agnoscat notis. Primum autem omnino oppositum, cum signa dictionis potius sint notæ, quam litteræ; hieroglyphica, & non elementata. Notavit ex Varrone Servius in lib. 6. *Æneid.* ubi; *In folijs palma interdum notis, interdum sermonibus scribebat.* Manilius. lib. 4. cap. 1. v. 197.

Serv.
 Hic & scriptor erit felix, cui littera verbum est:
 Ad scelus & nefas, quodcumque est, purpura ducit;
 Hæc illi veteres præcepta minoribus. At nunc
 Clamosus iuvenem pater excitat: accipe ceras,
 Scribe puer, vigila, causas age, perlege rubras
 Matorum leges.

Prudent.
 Etiam Prudentius contra Symmachum, lib. 2. v. 1271.
 — Cur rubrica minatur
 Quæ prohibet peccare reos?
 Hinc Cicero. 1. *Tuscul.* q. *Ad rubricas se transfert.* Suffragator Quintilianus, lib. 12. cap. 13. *Non tantum legum, sed & omnium qua scribebant, principia minio notata.* Casaubonus etiam ad illud Perlij: *Rubrica vetavit.* *Satyr.* 5. v. 90. inferit: *Qui titulos fiscales libris illinebant, nec tanto minio puro rubebant tituli, sed eorum etiam miniata.* Idem Cornutus *ib.* & Sidonius *Apoll.* lib. 7. *Epist.* 12.

Prudent.
 Etiam Prudentius contra Symmachum, lib. 2. v. 1271.
 — Cur rubrica minatur
 Quæ prohibet peccare reos?
 Hinc Cicero. 1. *Tuscul.* q. *Ad rubricas se transfert.* Suffragator Quintilianus, lib. 12. cap. 13. *Non tantum legum, sed & omnium qua scribebant, principia minio notata.* Casaubonus etiam ad illud Perlij: *Rubrica vetavit.* *Satyr.* 5. v. 90. inferit: *Qui titulos fiscales libris illinebant, nec tanto minio puro rubebant tituli, sed eorum etiam miniata.* Idem Cornutus *ib.* & Sidonius *Apoll.* lib. 7. *Epist.* 12.

Quique notis linguam superet, cursumque loquentis.
 Ita etiam suam sapientiam scribebant Aegyptij, quorum notas videmus apud Athanasium Chiricæ, cum in *Prodrogo Copto*, cum in *Obelisco Pampilio*. Meminit etiam huius artis Prudentius ubi supra. canens de Cæsiano:

Verba notis brevibus comprehendere cuncta peritus.
 25 Patet igitur tertiæ monij primo intuitu tautologico, genuina expositio. Interrogaverunt Principes Baruch. *Indica nobis quomodo scripsisti omnes sermones istos ex ore eius. Dixit autem eis Baruch: Ex ore suo loquebatur, quasi legens ad me omnes sermones istos, & ego scribebam in volumine atramento.* Licet magna dicitur Deo plenus Vates, non minio, rubrica, spadicæ, rubeo, purpureo, puniceo, flammeo colore, aut aliquo alio pigmento, sed duntaxat atramento scribebam: & in volumine, non in carne: non notis, sed verbis: igitur in volumine libri exaratum legitur, quod Propheta ore suo loquebatur. Simpliciter scribebam, & materia & stylo, igitur calamo chartâ litteras, ut sonant scribebam, seu pingebam atramento. Atramentum dicitur ab atro colore: quapropter Plinius lib. 9. cap. 29. ait: *Atramentum pro sanguine est sepiis.*

26 Denique. Modus scribendi apud Priscos fuit itylis in plumbo, metallo docili, vel cera. Optime explicat Pancirolus part. 2. titul. 13. *Publica monumenta in plumbeis voluminibus, mox & privata linteis confici cepta: tandem & in ceris scribendi modus inventus.* Samebantur tabella subtiles, in quas cera protendebatur, postea cum stylo ferreo litte-
ra in ceram infigebantur. Sic evenit, ut modus scribendi, Stylus nominaretur. *Tabula ista apud Latinos adversa sortita fuerunt nomina: nam & Pugillares dicebantur à pungendo & Tabula & Codicilli cerati. Codicem autem nominabant Lignum.* Vide Iurifconsultos in *leg. Librorum* 53. in princip. *fi. de Legatis* 3. & 6. *Chartis.* Cæterum stylus partem habebat acuminatam, qua litterarum characteres efformabantur: partem obtusam, quasi spatulam, qua in cera verba displicentia Scriptores delebant, & ad alia complanabant. Indicat Prudentius ubi supra. de pueris Cæsianum mortem usque pungentibus;

*Inde alij simulacra & acumina ferrea vibrant,
 Qua parte aratis cera sulcis scribitur.
 Et qua scilicet apices abolentur, & aquoris viri
 Rursum nitescens invenitur arca*
 Succinit Horatius pro commendatione linæ scriptoris, & momento scripturæ lib. 1. *Satyr.* 20. v. 72.

*Sæpe stylum vertas, iterum, qua digna legi sint,
 Scripsurus.*
 Quod quia plerique nolunt liturare, remuunt scriptis fulgere, ut idem dicit lib. 2. *Epist.* 1. v. 167. Pro omnibus ergo Hieronymus *Epist.* ad Dominionem. *Stultus ego, qui me puta-
 verim hæc absque philosophia scire non posse, qui meliorem styli partem eam legerim, quæ
 deleret, quam qua scriberet.* Eodem stylo Cicero in *Verr. Act.* 4. vel in lib. 2. *Accusat.* His enim sine acclivitate intelligitur Baruch. Non scribebam in cera, in qua formata elementa reformari possunt inverso stylo, nec in alius materiæ laminâ, aut tabellâ ceratâ: sed in volumine, id est membrana pergrandi, & hic atramento, quo semel inscripti characteres deleri nequeunt sine nota correctionis. Unde isti sermones à me scripti sunt atramento ut constet esse Prophetæ istius: siquidem hic scripta eadem ipsa verba ab ipso prolata.

27 Pro complemento auctoritatis, igitur aliquid amplioris accipit lucis, vel in obsequium curiositatis lectoris, aut veniente Minervâ adscribam illustre Aufonij ænigma, quo per symbola litteras explicat. Ita ergo Theoni scribit *Epist.* 5.
*Accipe congestas mysteria frivola nugæ:
 Quas tamen explicitis nequas deprehendere chartis.
 Scilicet decies si cor purgeris aceto,
 Antycirasque bibas Samij Lucumonis acumen.*

Hocce ænigmati proœmium videbitur ænigma, Antiquitatis, Latinitatis, & humaniorum litterarum parum doctis. Sententia enim est. *Ænigma non deprehendens, etiam si Cor (mentem) purgaveris aceto scilicet: ad acuenda ingenia meditato.* *Plin. lib. 30. cap. 10. & antyciras* (id est, elleborum: Bernard. Aytmnius in 13. *Satyr.* Iuven. v. 97.) *bibas; habebatque acumen Lucumonis: Pythagoræ scilicet.* Ita intelligo Lucumonem, etsi Piet. Valerianus lib. 41. cap. 1. aliter cogitet, & Elias Vinetus dubitet. *Ænigma autem ita se habet:*

*Cadmî nigellas filias,
 Melonis albam paginam.*

Ma ois

Prudent

Ici, 3 6, 184

Tertia expositio. Scribere litteris, non symbolis.

Publica instrumenta olim in plumbo. Pancirolus.

Stylus qua acuminatus.

Prudent

Horat

Hieronymus scribere atramento, pro non scribere stylo, sed calamo.

Quarta expositio.

Aufon

Ænigma litterarum.

Idem

Notasque furva sepia
Cui diosque nodos.

Quod quidem inculcat
ferè isdem allusionibus Epist. 7. ubi.
Fac, campum replices, Musa papyrium
Nec iam fistipedis per calami vias.

Idem

Grassetur Cnidia sulcus arundinis,
Pingens aridula subdita pagina,
Cadmi filiolis atricoloribus.

Non Oedipo opus est. Cadmi filia dicuntur characteres, seu notæ, à Cadmo è Phœnia
cia in Græciam illatæ: ut notat Plinius lib. 7. cap. 56. Nigelle, furva, vel atricoloris; quia
atramento pingebantur, & sanguine sepia: uti videmus supr. Melo, seu Melas est Nilus, ut
observat Plutarchus libell. de Fluminib. & Mont. in quo nascitur papyrus, seu charta,
quæ dicitur Alba pagina & campus papyrius, seu papyraceus, vel propter ortum iunci ex
quo biblos, in campis, quos irrigat Nilus; vel propter chartarum æquor, & levorem
planticie philixæ, qua elementa facillimè inferibuntur, & dicuntur ab Ausonio etiam no-
tas furvæ sepia. Dicit Cnidios nodos (non Modos, seu Modulos, ut quidam Criticus perpe-
ram legit sciote; igitur modulis, aut modis epitheton iungitur Cnidij, quia musica Veneris,
seu versus amatorij. Insigne utique ratiocinium!) calamos, quia calamis pridem, no-
sicut modò pinnis avium, seu pinnulis, pingebatur: arundinemque dicit fistipidem, quia
eius mucro per medium sindebatur, ut redderet atramenti guttulas æquor chartæ: Cni-
diusque dicitur calamus; quia in Cnidio Carix in Asia (urbs est in extremo cornu Peninsu-
læ Caboerix, in qua insigne templum Veneris æmulum Paphi in insula Cypro) calami pro-
barissimi ad scripturam nascebantur, ut ait Plinius lib. 16. cap. 36. Additur quoque Nodos,
quia calami non teretes, sed iunci cum nodis, ut magis digitis aptarentur. Ferè eadem
circa idem argumentum de deside canit Persius Satyr. 3. v. 10.

Expositio
Enigmatis,

Tam liber, & bicolor positus membrana capillis,
Inque manus charta, nodoaque venit arundo.
Tunc querimur, crasso calamo quod pendeat humor,
Nigra quod insua vaneat septa limpha
Diluta querimur geminet quod fistula guttas.

Verf.

Fusè igitur materiæ scripturæ tractavimus, sicutamus ergo calamus, ut delictetur, cæte-
ris expositis, principale testimonium.

Inebriatio
pro amore.

28 Inebriatio fumitur multoties pro amore. Prov. 7. 18. Veni, inebriemur uberibus
Chald. Amoris; & patet ex contextu. Ubra eius inebriant te. Ibid. 5. 19. unde additur:
Et in amore eius delectare iugiter. Eadem intelligentiâ Psalm. 35. 9. Apud Poetas fre-
quentissimè Plautus in Aulular. Act. 4. Scen. 10. v. 19.

Plaut.

Excusamus, ebris
Nos fecisse amoris causa: nimis vile est vinum, atque amor;
Sit ebris, atque amanti impune facere, quod lubet, licet.

Bibere pro
umare ar-
dentis.

Pro eodem affectu amoris accipitur etiam Bibere. Idem in Mostellar. Act. 4. Scen. 2. v. 47. & in Trucul. Act. 1. Scen. 2. v. 65.

Idem.

Amor permalescit cor, & impetibus impluit;
Amoris intra pectus sese penetravit postea,
Lucretius lib. 5. de Rerum Natur. v. 104.

Lucreti
Catul.
Horat.

Veneris dulcedinis in cor
Manavit gutta.
Catullus in Carmine Nuptial. cum Horat. lib. 4. Carm. Od. 13. v. 3e
Et dulcis pueri ebris ocellis,
Pota cupidinem.

Tibull.

Tibullus lib. 4. Eleg. 6.
Chare puer madeant generoso pocula Bacche
Otho Vrenius Emblem. Amor. 44

Oth. Vren.

Ludendo capimur, bibimus ridendo venenum;
Virgilius lib. 1. Æneid. v. 753.

Virgil.

Infelix Dido, longumque bibeat amorem;
Utrumque complectitur Ovidius lib. 12. Metam. Fabul. 44
Euryte quam vino pectus, tam virgine visis
Ardet, & ebrietas geminata libidine regnat.

Dyd.

Idea

Ideo dicitur, Sitire pulchritudinem. Philostr. de Imag. Icon. 1. Ebibere amorem. Theo-
critus in Adonide, alijque identidem. Quapropter sicut dicitur amans amens, ita &
ebrius. Hac mulier insana & ebria: dixit Plautus in Aulul. Act. 4. Sc. 6. & de vero amo-
re Dionysius Areop. cap. 4. de Div. nomin. in fine: Mentis excessum, ecstasimque faciens di-
vinus amor, amatores sui iuris esse non sinens, sed in ea que amanti penitus transferens.

Amor ni-
mius in-
ebriat.

29 Etiam inebriari interdum accipitur pro exhilarari. Psalm. 103. 15. Et vinum la-
tificet cor hominis. Hebr. Inebriet. Plal. 12. 1. Letatus sum in bit, que dicta sunt mihi.
Hebr. Extra me sum, ebrisus sum. Cant. 5. 1. Comedite amici, & bibite, & inebriamini.
Idest, Latificamini, hilares sitis. Zachar. 9. 15. Inebriabuntur quasi à vino. Hoc est, festi-
vi erunt, quasi bibissent vinum. Proin Ovvenus lib. 2. Epig. 192.

Dionys.
Areopag.
Inebriari
pro exilia-
rari.

Augusto tristem pellens ex corde dolorem,
Tu cor latificas latificatio meum.

Ovven.

Et Horatius lib. 1. Carm. Od. 7. v. 41.

Mecum sape viri nunc vino pellite curas.

Horat.
M. Varr.

Hoc hilaritatis dulce seminarium: inquit M. Varro lib. 1. de Vit. P. R. De hoc plura Pro-
fani. Constat etiam ex Scriptura. Prov. 31. 6. Eccl. 10. 19. Eccl. 31. 35. & 40. 20. alij-
que in locis. Quare de fratribus Ioseph, sobrijs quidem Genes. 43. 34. dicitur: Biberunt-
que, & inebriati sunt cum eo. Nempe diem festivum, genio sobrie indulgentes, habue-
runt, comedentes & bibentes laute. Plura & selectissima eruditione varia congerit Do-
ctis. Sanctius ad illud Cant. 2. 5. Fulcite me floribus à num. 21. Vide Augustin. Quæst.
in Genes. 144. Ideo in illud Psalm. 35. 9. Inebriabuntur ab ubertate domus tue: in fine: Cum
accepta fuerit illa ineffabilis letitia, perit quodammodò humana mens. Quo patet, omi-
fis Biblia pluribus locis, inebriationem, seu ebrietatem esse genij & cordis è potu, verè
vel allusivè hilaritatem.

August.

30 Cogitabam etiam Inebriari exprimere aliquando vinum bibere. Potio viui
usualis non erat: Boëtius lib. 2. Metr. 5. v. 12.

Inebriari
pro Vinum
bibere.

Somnos àibat herba salubres
Potum quoque lubricus amnis.

Usualis non erat, maxime Regibus, & Primatibus. Constat Prov. 31. 4. Iccircò Soli Ægy-
ptij Sacerdotes numquam vino litabant: ut observat Causin. lib. 1. symb. 11. Causam in-
dicat Horatius lib. 3. Carm. Od. 21. v. 11.

Boët.

Narratur etiam prisci Catonis
Sape mero caluisse virtus.
Tu lene tormentum ingenio admoveo
Plerumque duro: tu sapientium
Curas & arcanum locofo
Consilium retegis Lyæo.

Soli olim
vino num-
quam liba-
tio.

Horat.

Plato de Legib. lib. 2. In civitate inquit nec servus, nec serva vinum gustet, nec ipsi qui-
dem Magistratus, illo quo Magistratus gerunt anno, neque Gubernatores, neque iudices.
Vide Alex. ab Alexandr. lib. 3. cap. 11. Valer. Maxim. lib. 2. de Inst. antiq. Franc. Petrar.
lib. 6. de Regn. tit. 24. Plato apud Laertium lib. 3. permisit diebus festis, in quorum con-
vivijis pro cupidijis, seu bellarijs (de quibus infra à num. 38.) poculum unicuique propi-
nabatur vini, vel malsi, quod vocabant Lac Iovis vel Lac cane, de quo Aul. Gell.
Noct. Attic. lib. 15. cap. 8. Hinc ut opiparum appareret convivium, dixit Plautus in
Afinar. Act. 2. Scen. 4. v. 75.

Quid Lag
Iovist

Confessio prandio vino epoto.

Quia ut observat Taubamn. in Act. 4. Sc. 3. Trucul. eiusdem Poète, Turnebus in Advers.
lib. 17. cap. 21. & Aulus Gellius ubi supr. lib. 13. cap. 29. Prandium abstemium, in quo
nihil vini potatur, Ganinum dicitur: quoniam canis vino caret. Eadem M. Varro Satyr.
de Prandio abstemio. Unde Adagium Caret temetò idest, vinum non bibit, vel abstemius
est: quod cecinit Ovidius lib. 15. Metam. Fabul. 2. 1. de pota aqua fontis Clitorij, ex qua
odium in vinum actutum oritur.

Plaut.
Convivium
abstemium.

Fons Clito-
rii cuiusnã
condi iouist

Clitorio quicumque sitim de fonte levavit,
Vina fugit, gaudetque meris abstemius undis.

Ovid.

Patet iam non violenta expositio prætorum auctoritatum & allarum, de inebriatione
connotate convivium. Inebriati sunt, idest, non tantum biberunt, sed etiam vinum.
Non fuit convivium abstemium, sed præut dividebantur fercula, propinabantur pocula,
vel in fine poti sunt vino quasi Iovis lacte. Quare Vinum dicebatur anima convivorum,
Tom. II. Taut.

Vinum cur
Anima
convivij
dicitur

Et

qua.

quasi convivij forma, seu complementum. Hinc Eccli. 49. 2. *Iofia memoria, ut musica in convivio vini.*

Vinum lac Veneris.

31 Ergo conset quid in principi, materiali huius expositionis tautologia intenditur exprimi. *Inebriemus cum vino.* Non pro usuali, & moderato potu, sed quo Pater inebrietur, captus vini virtute, & consequenter mente, ut ex illo suscipiamus prolem, quin esto non dormiens possit incelluofam cognoscere Venerem, ad quam nil potius, nec aptius. Ovidius lib. 1. de *Arte.*

Ovid.

*Vina parant animos, faciuntque caloribus aptos
Cura fugit multo, diluiturque mero.
Illic sepe animos iuvenum rapuere puella,
Et Venus in vinis ignis in igne fuit.*

Et Manil. lib. 5. *Astronom.* v. 226.

Ardescit vitio vitium, viresque ministrat Bacchus.

Manil.

Apuleius *Metam.* lib. 2. *Liber Veneris hortator & armiger.* Aristophan. apud Athen. aum lib. 10. cap. 15. *Lac Veneris.* Omnia recentet Ovidius lib. 1. *Amor. Eleg.* 6.

Ovid.

*Nox & amor, vinumque nihil moderabile suadent:
Illa pudore vacat, Liber, amorque metu.*

Ephes. 5. 18.

Mulieres & vinum apostatare faciunt etiam sapientes. Ideo Paulus; *Nolite (ait) inebriari vino, in quo est luxuria.* Est luxuria, occasionaliter, & impulsive. Bibite vinum propter medicamen, vel necessitatem, minime ad crapulam excitantem luxuriam: hocque sensu multoties accipitur inebriatio in Scriptura. *Genes. 9. 21. Abac. 2. 15. Luc. 2. 1. 34. & Rom. 13. 13.* Quod vitium dicitur *Pergracatio* (quia Græcorum proprium) quam describit Ilias cap. 5. 11. & acrostiche in *Rhythmic.* Caramul canens:

Quid Pergracatio?

*Si iungatur Equo Briareus Rana, Ibis, Echinus,
Taurus, Aper, Satyrus; quid fiet inde, putas?*

Caram.

Idest *EBRIETAS*, quasi compendium horum monotorum, ex venefica Circe, de qua socij Ulyssis apud Ovid. lib. 14. *Metam.* Fab. 6.

Ovid.

*Accipimus sacrâ data pocula dextrâ,
Quæ simul arenti sitientes hausimus ore,
(Et pudet & referam) setis horrescere ceppi,
Nam iam posse queri pro verbis edere raucum
Murmur & in terram longo procumbere vultu,
Osque meum sensu pando occalescere rostro,
Colla tumere toris.*

Quid tres Bacchi calices?

32 Unde dum signatur potus nimius semper inebriationi additur vinum. *Ephes. 5. 18. & Psalm. 77. 65.* *Crapulatus à vino.* Chald. *Inebriatus.* Idest, multo vino potus. Quod optime demonstravit Anacharsis (ali j asserunt sententiam esse Epicæti, ali j Democriti, Stob. lib. 1. cap. 9. signans è vite tres botros, & tres calices: 1. sanitatis, 2. voluptatis, 3. ebrietatis. Quatum si addas, erit amentis. Ita loquitur Bacchus apud Eubolium:

Eubol.

*Tres tantum ego sanis crateras misceo:
Unam valetudinis, secundam amoris, saporis tertiam,
Quo qui sapere solent, eunt hausto domum.
Nam quartus banâ est amplius crater meus,
Sed contumelia.*

Ovven.

Quapropter iurè & felle huiusmodi pergracatio dicitur ab Ovveno lib. 2. *Epigr. 42. Insana sanitas.*

Salus potu non est salus

*Quo tibi potarum plus est in ventre Salutum.
Hoc minus, epotis bisce, salutis habes.
Contingat utinam tales tibi mille Salutes,
Non equidem invidios, mi satis una salus.
Una salus sanis nullam potare Salutem:
Non est in potâ vera Salute salus.*

Salus collocata in vino, sed diluto, alias Bacchus ex igne egrediens redit in ignem; qua metaphora sobrietatem expressit Meleager canens:

Melcag.

*Nympha Bacchum quando ex igne exiit puer,
Abluerunt in cinere recens volutatam:
Quare cum Nymphis dilectus Bacchus, quod si recasas
Miscere, capies ignem ardentem.*

Ideo vini meri, seu inebriationis in alogiam signat Paulus comitem luxuriam.

In

33 *Inebriemus eum.* Idest, patrem nostrum. Hebr. non habet *Inebriemus*, sed *potemus patrem nostrum vino.* Sic vers. seq. dicitur in Vulg. *Dederunt itaque patri suo bibere vinum: & v. 34. Demus ei bibere vinum etiam hac nocte.* Hoc est largè, ut inebrietur crapulâ. Finis hic describitur pro actione per *Metonymiam.* Quod frequenter in Scriptura ubi effectus pro causa, & consequens pro antecedenti. *Plalm. 2. 4. 4. Diriget manus factos in iudicio, docebit mites vias suas:* nempe, diriget, & docebit, ut sint mites, & mansueti. *Daniel. 2. 21. Dat sapientiam sapientibus; puta, insipientibus sapientiam, ut sint sapientes.* *Iob. 1. 14. 14. Expecto donec veniat immutatio mea:* nimirum, mors, per quam immutatur. *Luc. 2. 1. 1. Natus est vobis hodie Salvator:* scilicet, qui futurus. 1. *Regum 14. 43. & Den. 13. 43. Ecce morior:* videlicet, in mortem destinor. Ergo *Inebriemus eum,* nil est, nisi potemus, ut ebrius sit. Ita Ionath. legit: *Potaverunt eum, & erat ebrius.* Quod quidem explicari solet genuntatione Tautologica, vel Pallogica: ut *Bibentes bibitis: Bibite, & inebriamini.* Hac etiam phrasi usus est Plautus in *Aulul. Act. 1. Scen. 4. Bibite, potate:* & in *Mosel. Act. 2. Scen. 1. Bibite, pergracamin.*

Finis pro ætione, & effectus pro causa interdum in Ser. p. 1.

34 *Inebriemus vino:* quod enim oportunitus ebrietati, quandoquidem ex mille alijs rebus, fit vinum, quo sensus intercipitur, gressus præpeditur, lingua retardatur, scilicet ex tritico, hordeo, milio, pomis, pyris, dactylis, herbis, floribus, vocaturque *Vinum factitium* à Plinio lib. 14. *cap. 16.* & à Guiljelmo Stockio *Convival. Antiq. lib. 30. cap. 9.* Quæ omnia continentur phrasi Scripturæ in voce *Secchar*, idest quodcumque inebriare potest: *Græci Siberia Siccera,* quam vocem retinet Interpres Lactinus: & sub qua prohibetur omnis inebriatio, ut placet Lorino in *Numer. 6. 3.* Proin inebriatio intenta à filiabus Lot fuit medio vino, non factitio, sed ex vite; vel quia tunc necdum inventa alius vini genera, vel si inventa, ex vite pocula in crapulam potentiora. Non vino diluto inebriandus est, sed remeto, iure vino, & generosiori (quod dicitur *Lachryma* Plin. ubi sup. cap. 9. vel *mustum spontè defluens, antequam calcetur uva*) non vino *secundario*, vel *faccato*, de quo *ibid. cap. 10.* Unde in Biblijs mera voce vini intelligitur: *Plalm. 68. 13. In me psallebant, qui bibebant vinum.* Non cerevisiam, aut siccaram (Septuag. Interp. *Methysina*) sed vinum, idest liquorem ex vite, quo ebrii erant. Hinc adagium *Vinum bibitis:* idest, nimis potus, vel est ebrius. Vide Erasmus. *Chiliad. 2. Centur. 6.*

Vinum factitium.

Quid vinum meracum? Plin.

35 Ni intelligere velis per *Vino*, inebriemus potu, non cibo: quippequam plura edilia inebriant, ut de Palma (scilicet, de dactylis palmæ) *Ægyptiaca* refert Abulenlis in *Levit. 10. v. 9.* de Carica Ceilensis Rabbi Kimhi *ibid.* & de alijs rebus Plinius loc. cit. & Abulen. in *Num. 6. 3.* ubi de consecrandis Domino lex loquitur: *A vino & omni, quod inebriare potest, abstinebunt:* unde aluit, non tantum potabilium inhibitum ulum. *Ido apud Latinos Vinum accipitur pro mensa, vel convivio.* Plautus in *Asinar. Act. 4. Scen. 1. v. 54.*

Etiam scua lena quadam inebriant Plautum pro Mensa. Plaut.

Nec mater lena ad vinum accedat.

Ad vinum, idest, ad mensam. Terentius in *Heautont. Act. 2. Scen. 3. v. 13.*

Hæri in vino quam inmodestus fuisti.
Cicer. orat. pro M. Cælio eodem sensu: Nonnumquam etiam ad vinum disertus sunt. Hoc est in convivio. Pariformiter in Scriptura: quod adnotavit Sanctius in 2. *Amor. num. 30.* & ita accipitur *Plalm. 68. 13. num. præc. cit.* Unde textus clarebit, quasi filia intendenter patris inebriationem non cecis, sed poculis, & ex vino quod proprium à vite, aut ex uvis prescis (quia licet vinum, in uvis non habet vim inebriandi: quia causa dicitur *vinum pendens* à Turnebo lib. 1. *Advers. cap. 1.*) habens ex se inebriandi virtutem. Ideo 1. *Reg. 1. 15.* dicit Anna: *Vinumque & omne quod inebriare potest, non bibi: igitur alia præter vinum tam edilia quam potabilia possunt inebriare, & mentem circumvenire.* De cibus patet in uvis, arbutis vel unedonibus: de potu, tot vini factitij generibus. Quinimò etiam in aquis plarium fontium. Epiphanius. *Heres. 5. 1.* refert, quotannis Nonis Ianuarij in Caria aqua fontis Cibyles habere virtutem & vini omnimodam conditionem. Etiam idem & eodem die in Andro insula in templo liberi patris, & in Arabia perenniter fons Gersa, de quo ipse & alij biberunt. Alius est in Paphlagonia in agro Caleno, de quibus & alijs videris Simonem Maiolum lib. 1. *Dier. Canic. Colloq. 13.* Plin. lib. 14. cap. 22. Causin. lib. 1. *Symb.* At inter omnes celebrior est fons Lyncestis, de quo Plin. lib. 2. cap. 103. ex quo flumen Lyncestius, cuius meminit Ovidius lib. 15. *Metam.* Fab. 23.

Tercata Cicet.

Vinum priu dani.

Fonses effa tu, & font port vini.

Ovidi

*Hic sunt effectus dispar Lyncestis amnis:
Quem quicumque parum moderato gustare traxit.
Hæu aliter titubat, quam si mera vina bibisset.*

Si ergo aqua, & cibus inebriare possunt, aptius poterit vinum: ideo vino patrem filia meditantur inebriare, quati effecta securiore.

Et a

Y4

36 *Vino*. An medicato? *Miscuerunt aliqua* (ait Lyra hic) quæ *habebant vim in ebriandi, & provocandi ad coitum*. Græci aquam marinam vino suspendebant, uti notant Taubmanus in Plauti *Rudent*. Act. 2. Scen. 7. & Adrian. Turneb. in *Advers.* lib. 20. cap. 34. ut salatores fierent. Unde *Pocula falsa, & Vinum Græcum*, cui opponitur Chium, *Maris expert*: ut dicit Horatius lib. 3. *Carm.* Od. 19. igitur quasi bibissent de lacu Bæotie (de quo Iliodorus lib. 13. *Etymolog.* cap. 13.) in Venerem furentes proflibabant. Haud arbitris (uti quidam insulse) pocula medicata in Venerem esse benefica, quasi Circes pocula de quibus, qui virtutem noverat, apud Ovid. lib. 14. *Metamorph.* Fab. 5. inquit,

*Hæc ubi nos vidit dicta, acceptaque salute,
Diffudit vultus, & reddidit omnia votti,
Nec mora misceri testis iubet bordea grani,
Mellaque, vimque meri, & cum lacte coagula passo,
Quique sub hæc lateant furtim dulcæine succos
Adijcit.*

Et idem de Dipsade læna femina lib. 1. *Amor. Eleg.* 8. canit ludicrè:

*Scit bene quid gramen, quid torto concita rhombo
Licia, quæ valeat virus anantis egue.*

Minimè hæc Patri filia Lot cogitaverunt, sed ad summum vinum propinatunt cupe-
diofum.

37 Huiusmodi vinum condiebatur myro, non myrrha, ut dicemus ex pluribus AA. mandragoris & speciebus aromaticis, vel conficiebatur lacte, ut esset suavius palato. Cant. 5. 1. *Bibi vinum meum cum lacte meo*: subditurque: *Comedite amici, & bibite, & inebriamini charissimi*. Clemens Alexandrinus lib. 1. *Pædog.* cap. 6. *Miscetur quoque lac vino dulci*. Et Silius Italicus lib. 13. v. 473.

Bacchique & lactis honorem.

Propriè minimè lac acciperem, sed vel pro vino delicatiori, regali, & suaviori; vel pro pane lacteo; siquidem vinum & lac in Scriptura significant optima in esculendis, & poculentis. Ezech. 2. 5. 4. *Ipsi comedent fruges tuas, & ipsi bibent lac tuum*. Ili. 5. 1. *Absque ulla commutatione vinum & lac*. Hoc est electiora tam in cibo, quam in potu, quæ quidem signantur pane & vino: hocque dicitur lac, vel quia optimus potus, vel quia sicut lac infantibus, ita vinum viris. Haud aliter panis dicitur lacteus, pinguis, regalis: nisi quia optimus ex similia saporis suavioris, & colore similis albedini. Hinc pro lacte legitur *vinum album*, & pro vino *vinum antiquum* Chald. Nec novum est quod vinum, non vinum, sed lac dicitur; suffragante conceptui Alexandro ab Alexandro lib. 6. *Genial. diæ.* cap. 8. ubi: *Cum in Sacris Bone Deæ vino libetur, illud non suo nomine nuncupant, sed lac dicunt esse, vini tamen amporam in Sacris involutam apponunt, quam dixere mellariam*. Ita etiam Plutarch. *Probl.* vel *Quæst.* Rom. cap. 19. Macrobi. lib. 1. cap. 12. Athenæus lib. 10. *Dipsosop.* cap. 15.

38 Hoc vinum dicebatur mellarium, quoniam melle confectum, vel aromaticè conditum. Plautus in *Perfa* Act. 1. Scen. 3. v. 7.

*Commisce mulsam, struthæa, coluthæaque appara.
Benè ut in scutris concalcant, & calamum injice.*

Struthæa, idest, mala cotonea, vel cydonea (Nos *Membrillos*) de quibus Plinius lib. 15. cap. 11. *Coluthæa*, bellaria, vel tragemata, cupedia post fercula. Quare *struthæa, coluthæaque apparatus* idem est, ac (vernaculè: *Principios, & postres*) initiatur convivium malo cotoneo, & finiatur mulsis: quod quidem vinum (apud Noltrates *Clavæ*, vel *Hipocra*: apud Græcos *Ambrosia*, & *Nectar*) dicebatur dulce, & aromaticum; quare subditur *Calamum injice*. Hinc quoque Cant. ubi sup. *Bibi vinum cum lacte*. Arabibus vertit *Melle*.

39 Alijs etiam nominibus signabatur huiusmodi vinum. Dicebatur, uti vidimus *Lac Iobis*. Etiam *Flos vini*: *Flos liberi*. Plautus in *Gistel*. Act. 1. Scen. 2. & in *Curcul.* Act. 1. Scen. 2. Turneb. lib. 29. Adv. cap. 26. *Vinum Consulare*: Cicero de *Clar. Orat.* O. Martialis. lib. 7. *Epigram.* 78.

Potavi modò Consulare Vinum

Vinum molle. Virg. *Georg.* 1. v. 351.

Tunc sunt mollissima vina.

Ab aiquibus *Vinum Nardinum*: Plaut. in *Rudent.* Act. 3. Scen. 5. Acidalius, & Taubmanus hic, ex Turneb. lib. 2. cap. 29. Idest, *Vinum odoratum*: quod quidem apud Priscos deliciofum. Denique dicebatur *Vinum Murrhinum*, vel *Myrrhinum*, de quo Plinius lib. 14.

Lyra.
An vinum propinatum
Lor, medica tum?

Quidvinum
Græcum?

Pocula ama
toris vena
ta, & ve
nifica.
Ovid.

Idem.

Quid Vi
num myr
rhinum vel
murrhinum?
Sil. Ital.

Per lac &
vinum opti
ma edulis
& potabilia

Chald.
Alex. ab
Alex.
Per lac sig
natur vi
num.
Vinum mel
litum,
Plaut.

Aromatici
sum.

Flos vini
quod vi
num?

Vinum Nar
dinum.

cap. 13. *Laudatissima* apud Priscos vina erant myrrhe odore (Dalecampius *Odore murino*) condita, ut apparèt in Plauti *fabula, quamquam in ea & calamum addi iubet: ideo quidam aromaticè delectatos &c.* Plautus in *Pseudol.* Act. 2. Scen. 4. v. 51.

Murrhinum, passum, defrutum, mellinum. *Murrhinum*, vinum ex odoribus & multo: Passum, ex uvis passis, & Sole siccatis: *Defrutum*, ex multo fenidæcocto: *Mellinum* ex melle. Non conficiebatur ex myrrha, quoniam amareceret (ni intelligere velis per Myrrham, e speciebus aromaticis fragrantiam) sed ex varijs floribus & angentis. Flavius Dorfenus.

Mittebam vinum pulchrum murinum.
Et Suetrius de meritrice Glycera apud Adrianum Iunium lib. 5. *Animado.* cap. 19.

Myrrinum mihi affer, ut occurram fortiuscula.

Iulius Pollux lib. 6. cap. 2. *Erat & myrrinum vinum, myro, odoramentove permiscum*: sunt qui eo nomine dulce vocari existimant. Aul. Gell. lib. 10. cap. 23. de fœminis Rom. *Bibere autem solit us ferunt loram* (Hisp. *Aguapie*) *passum, murinam, & qua id genus optant, potu dulcia*. Eadem invenies in Varrone lib. 1. de *Vita Pop. Rom.* Dalecamp. in *Plin.* ubi sup. Turneb. & alijs Antiquitatis studiosis. Hæc delibavi meditanter, cum ut conflet quomodo condimentum vini poti a Lot (ut dulcedine plus biberet, & temulentus facinus non agnosceret) cum ut delicaretur quale vinum myrrhatum Salvatori in calvaria monte exhibitum.

40 Haud arbitror cum Baronio ad *Ann. Christi* 34. Maldonat. in *Matth.* 27. num. 34. Salmeron. *Tom. 1. tract.* 35. alijsque AA. myrrhatum vinum Christo oblatum, ut ad supplicij locum ventum est, fuisse myrrhinum, aut murrhinum, vel myrrinum; sed vera tellem, & aloè conditum præ malicia Iudæorum, quæ cogitavit, ut plus affertor in patibulo cruciaretur, conficere myrrhatum, cum ministrare deberent, ut moris erat, murrhinum; ut constat ex lib. qui dicebatur *Iudicum ordinariorum*, à Rab. Hilda apud Galatin. lib. 8. cap. 19. igitur huiusmodi vini aromatici confectio porrigebatur damnatis morti proximis, ut non sentiret cruciatus; quandoquidem illo potu obstupescibat sensus.

41 Constat ex Sacra pagina. Amos 2. 8. *Vinum damnatorum bibebant*. Quod vinum ab Ili. 5. 1. 17. & 22. dicitur *Calix soporis*. & cap. 29. 10. *Spiritus soporis*. A Ierem. 51. 7. *Calix aureus inebrians*. Ab Ezech. 23. 33. *Calix mayoris & tristitiae*. A Davide Psalm. 59. 5. *Vinum compunctionis*: ubi Hieronym. *Vinum stuporis*: etenim hęcine potatione inebriabantur perituri, & manebant in extremis cruciatibus quasi insensati. In cuius allusionem Paulus ad Rom. 11. 8. ut ostenderet Iudæorum reprobationem, & damnationem, inquit: *Dedit illis Deus* (non tam misit, quam permisit) *Spiritus compunctionis*: oculos, ut non videant: aures, ut non audiant. Quo intelligitur illud Prov. 31. 6. *Date scieram merentibus* (Septuag. *Inebriativum*) *& vinum his qui amaro sunt animo*. Symmach. & Caietan. *Inebriativum percunt*. Illicdque intuitus deferibitur potationis v. 7. *Bibant & obliviscantur egestatis suæ, & doloris sui non recordentur amplius*. Pro Egefatibus sua. Chald. *Detritarum vestium non recordentur*. Symmach. *Mollitierum suarum*: quæ quidem non implicant, igitur apud Priscos in usu, ut reduci in captivitatem & damnati ad mortem pannosa & lacera veste ducerentur. Ezech. 23. 26. de Ierusalem in Babylonem ducenda vinculo captivitatis, dicitur: *Denuabunt te vestimentis tuis*: siquidem gravis cordibus mortor, quodd qui molliter vestiti, ducerentur in vincula, vel in crucem lacera veste; ut queritur Ieremias personam agens horum captivorum, qui prius amici auro primo: Thren. 4. 2. Ubi docta camœna Sanctij ita cecinit:

*Aurea progenies Solyमारum gloria matrum
Decolor à prima quomodò luce manet?
Inclita fulgebant primo aspectabilis auro,
Cui nempe ex auro textile tegmen erat.
Iam tamen excocchè, nigraque similitima testa est,
De putri signulus quam tulit arte luto.*

42 Concluditur ergo, filias Lot, dedisse Patri bibere largè vinum, non factitium, sed è vite, quod verè & simpliciter vinum, ut observat Suarius *Tom. 3. in 3. part. D. Thom.* disp. 45. sect. 1. num. 1. & dicitur in Scriptura *Sanguis uvæ*. Deuter. 32. 14. & *Genimen vitis*. Matth. 26. 29. & Marc. 14. 25. Non solum largè vinum, sed medicatum, seu dulcedine conditum, quod potius pyrisando, idest gustando, quam bibendo deglutitur: ut dulcedine potus abundè pergræcetur, ex quo irritamenta Veneris quasi e philtro Cupidi-

Plini

Plaut.
Varia vini
genera.

Flav.

Sutra

Vinum myr
rhinum.
I. Poll.
Aul. Gell.
Vinum dale
ce.

Christe obla
tum vinum
myrrhatum
solutum, ut
myrrhinum

Vinum myr
rhinum, cur
dicitur sa
pe 1. macro
ris stuporis
&c.
Rem.

Prov.
Vinum in
ebriativum

Damnati
ad mortem
inducuntur
lacera veste

Sancti

Vinum verè
sanguis uvæ

Perseus

nis. Cui cogitationi favent Versiones: Perf. Bibare faciamus patrem nostrum vinum. Rab. Ionath. Potabimus patrem nostrum vinum. Chald. & Sept. Potemus vino. Arias. Mont. Propinemus patri nostro vinum. Irenaeus: Potionemus eum vino. Calet. Faciamus bibere vinum. Et Theodoretus, Vinum largius asfundamus. Hæc digna notata iudicavi, omnia quæstione inutili, An Lot & filia eius peccaverint: in qua suum velle cuique est, abundanti in suo sensu. An deliquerint, vel non, Deus scit. Ergo ad nostram eruditionem, eum in quaestione sunt tot sententiæ, quot capita.

ADINATON EXEGETICUM.

- 1. Inebriemus eum vino. Antequam potus, notatur ebrius, quippe deficit modus.
- 2. Inebriemus eum vino: siquidem Superiores plerumque inebriantur zelo.
- 3. Inebriemus eum vino. Vino, ut officij filiarum signetur charitas: sed inebriemus, ut celetur iniquitas.
- 4. Inebriemus eum vino. Vino, ut sensum ducatur in ebrietatem, & ebrius ignoret crimen.
- 5. Inebriemus vino: igitur si indulget potationi, indulget ebrietati.
- 6. Inebriemus vino. Maior erat ebrietas, quam curiositas: & admittitur culpa, vel minoris visâ penâ.
- 7. Vino, etenim ira plurimi inebriantur in throno.
- 8. Vino inebriemus. Et filia? Et patri? Et virtuti? Vino inebriemus: semper enim in periculo virtus.
- 9. Vino: corporis ebrietate, siquidem anima inebriatur amore.
- 10. Vino: Quippequam amor inebriatur incendio.

DIDASCALIA PRIMA.

Ne quid nimis.

S. Ben.

Monet Præfules SS. Patriarcha Benedictus Regul. S. cap. 64. igitur medio tutissimum iter, & matrem recognoscit prudentiam, iter etiam lacum inter dextram & sinistram. Navis Respublica est, in mari sine moderamine & tollitur & mergitur: periculum impendit utrinde; & semper excidium, vel allisio navis, vel naufragium. Innuat Horatius lib. 2. Carm. Od. 10. v. 1.

Periculo sum hominum Regimen.

Horat.

Neque altum Semper urgendo: neque dum procellas Cantus horrescis, nimium premendo Littus iniquum.

Resp. in e. star ma. tis.

Rebus angustiis animosus, atque Fortis appare: sapienter idem Contrahes vento nimium secundo Turgida vela.

August.

Accepti sanequam articulus rerum, ubi utiquequæ & undequaque periculum, & difficillimum attingere medium. Nimis est (ait Augustinus in Psalm. 118.) quicquid plus fuerit, quam oportet. Parum est, quod minus est, quam oportet: nimium est, quod plus est, quam oportet. Est modus in rebus: utique, sed difficilis modus: quandoquidem sæpe, vel propter delicatam genij conditionem, vel propter rectorum pessimam indolem, vel falsam fortunæ dexteritatem; fabrica corripit regiminis, tenuis loris & indultis,

Difficilis modus in rebus.

Regula in attem necessaria est. Vide de regulam. Non sit Abbas turbulentus, & anxius, non sit nimis & obstinatus, non zelotypus & nimis suspiciosus, qui nunquam requiescet. Ita Gloriosus Legislator ubi sup. De zelo & suspitione loquimur Didasc. seq. Non sit Præfules turbulentus vultu, non sit anxius animo, non nimis in iudicio, neque obstinatus in decreto: siquidem si in cunctis commovetur, in cunctis angitur, cuncta fert per apices legum, & quod scriptum, scriptum; potius censebitur ebrius, quam potestate prælatus. Inebriemus eum vino, dixerunt filia Lot. Non est Tautologia: plerumque inebriantur homines plenitudine iniqua potestatis: igitur inebriantur & errant non a vino, sed a cerebro. Verum cur filia Lot non dicunt: Potemus eum vino, sed inebriemus? Potio ultra modum a filiabus intenditur, dum pro subsidio meroris desideratur: & ante pocula etiam filia vocat ebrium, quia excessus modum. Veritas prudentiæ Superiorum patet in modo, tamquam in vino: etenim non titubaret ratio, si biberet, ut videret, & minimè ut filiabus indulgeret, consistente ad regimen formâ rationis, ne quid nimis.

Clarius promam. Plerique non superioritate in vertiginoso culmine, turbulenti,

S. Ben.

Quæ non debet habere Prælati.

Gen. 19. 32.

Potestatis inebriatur, ubi modus suspiciendi.

Solacium regi- mini.

anxij, vel nimij, vel obstinati faciunt, quod non facerent ebrii: igitur pro qualitate potus, animus concutitur obstinatus, nimius, anxius, turbulenti. Turbantur prætermittentes, & crimini repugantes. Anguntur, fragilitati indulgendo, & non indulgendo. Nimij sunt in iudicio, gravia arbitantes minora, & minima magna; quin obstinati in ludicris & in serijs mutant consilium, quoniam non rationis, sed potestatis propositum. Hisp. Empeho. Unde in regimine quasi in ebrijs mutat ratio, quippe in expeditione apparent sine iudicio. Quid ergo faciendum, ut prudentiæ præstet fulgide regula? Breve consilium.

Ovid.

Inter utrumque vola. Calix in Scriptura penam gravio- rem designat, & dignitatem. Urget cruciamen in expressionem doloris, cui sociatur nonnumquam dolor regiminis; quippe pars hæreditatis pars calicis, ut vicissim inclinetur ex hoc in hoc meror & gaudium honoris. Calicem Assertor exponit, dum thronos ambitus sitit: igitur si throni ad regimen, quod designatur per calicem, ut rectum sit utrumque in regimine iudicium; docet quo modo a bibituris bibendum. Ventum est ad crucem, ubi Salvator accepturus erat pretio sanguinis in cuncta dominationem; & ministri priusquam illum crucifigerent, propinarunt & calicem: Dererunt ei vinum bibere cum felle mistum, & cum gustasset, noluit bibere. Vinum hæuiusmodi erat inebriativum, & soporiferum; ut ali- quibus placuit, sicuti exposuimus in Lit. num. 41. & noluit bibere, ut cognovit; quippe hominibus maximi periculi, necesse mori: & utique necesse, qui ratione sopita non cognoscit. Vigilare nos Dominus iubet propter adventum furis, corporum nostrorum domibus insidiantis. Si postea detrahit, dum vigilat ratio; quid tradita somno? Vicia sunt calix inebriativus, quo ratio soporatur, quando congruit vigilare: & qui intendit superare moriem, non vult bibere; quoniam si maxima pena mori, maior necesse. Vigilet homo, ne bibat; & ut obdormiat, non dormiat. Ergo instituo.

Math. 30. 22.

Math. 27. 34.

Maximi est periculi, necesse mori.

4. Cum gustasset noluit bibere. Quare bibere noluit, si gustavit; vel quare gustavit, quod bibere renuit? Excelsus & crimina ibi erant hominum (quippe vinum totum felleum) quorum penam, quia voluit, ut homines liberarentur, subivit: verum ut fel degustavit noxa, noluit bibere. Amplexatus est criminum hominum penam, ceterum minimè culpam: & gustatum calicem noluit bibere; ut Superioribus Princeps mo-

dum traderet prudentiæ. Multi igitur in subditis traxerunt excessus, qui clementiam invocant, & iustitiam. Si non gustasset, videretur nimius: at si bibisset, videretur blandus. Non esset locus misericordiæ, si gustasset; nec locus esset iustitiæ, si bibisset: & verus & imitabilis in cunctis Dominus, dum homines habet subditos, ut modum in regimine statuatur; minimè bibit, quod gustat: quippe non modus derogare iustitiæ, quod conceditur clementiæ.

5. Ceterò. Calix inebriativus sæpe Superiori portigitur, ut subditi eclipsi rationis regant, & non regantur. Aliqui nec gustare volunt; quippe illis videatur ius, quod ius summum. Alij omnino, eisdè myrthâ plenum, calicem bibunt: quia nullum ius arbitrantur præter voluptatem subditorum. Nimij sunt, & indulgentia & iustitiâ: siquidem nimis, quod plus, quam decet; quodque minus, quam oportet: & Christus eum gustasset, calicem bibere noluit; quippe nullo modo regnat in throno prudentia, dum nihil prætermittitur, vel omnia.

6. Deinde. Austeritas est, ubi propinatio potu, dicit Præfules: Nihil transeat. Proiectio turpis, dum decernit: Transeat omnia. Hic proterit legem: ibi relegat ab homine humanitatem. In utroque vitium, quippe ut ait Seneca in Oedip. Act. 4. v. 909. labascet, Quicquid excesserit modum.

Si regis austeritas, propulsatur in regimine charitas. Si nimia viget indulgentia, regnat audacia; quæ quo promptum indulum, vel in abdita introductur scelorum; & Christus ut Præfules in consilium dirigat; non bibit potum, quod gustat. Gustat, quia mittit quicquid congruit indulgentiæ fragilitatis: non bibit, quod non convenit actioni iuris. Gustat, quia in multis uti fragiles offendunt; non bibit, quia malitiosè delinquent. Gustat, si errant & cæspitant mente: non bibit, dum errant corde. Gustat, ne nimio iure criminibus terriat, de- vient à templo misericordiæ: & minimè bibit, ne abusi clementiâ corruant in maiora crimina.

7. Denique. Frequens de Præfules quærimonia. Omnia respuit, omnia sorbet: Nihil transeat, nihil non concoquit. Vomit calicem, & deglutit elephantem. Hispan. Nada disimula, y todo lo traga. In medio consistit virtus, ut prudentiæ fulgeat thronus. Si calicem fellis hauriretur utque ad fundum, Præfules remissior esset; igitur omnia eisdè fellia, & minimè potabilia, in stomachum transierunt. Non bibendo, patebat, quod amara displicerent; quandoquidem

Non est regimen derigere iustitiæ, quod non creditur clementiæ.

Non est prudentia, ubi ubi præterminatur, vel omnia.

Seneca.

Ubi non ambigitur de indulgentiâ, insur- gunt maiora crimina.

vel